



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

30 Venatio, quomodo & quando sit clericis permissa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tee, & illicita ſunt conſumendi, *capit. 31. cū n. decorum, cap. à crapula, & toto tit. de vit. & honeſt. cleric. cap. omnibus ſervis, de cler. ven. cap. quia tua, & cap. res Eccleſie. 12. quaſt. 1. cap. Episcopus, & cap. ſin. 35, diſt. cap. donare, & cap. qui venatoribus, 86. diſt. Nam, vā miseris, ſi ſe non correxerint, qui enim venatorem vident, & delectantur, videbunt Salva-*

29 † Nec nobilitas cuiuſvis gradus excuſat, quia apud Deum non eſt acceptio perſonarum, *Deuteron. cap. 1. S. Cyprian. relatus in cap. nec quemquam, de consecrat. diſt. 4. & cap. novit, extr. de jud.*

Prohibitio venationis, ludorum, comestationum, & aliorum non ſolum eſt realis reſpectu bonorum eccleſiaſticorum, ſed etiam perſonalis, aded quod Eccleſiaſticus cuiuſcuſque qualitatſ, & præminentie non excuſatur, ſi habeat notabiles redditus patrimoniales; quia prohibitio eſt perſonalis, & eſt immane vitium, & non virtus in ſimiles uſus exponere. *Auguſt. ſuper Ioann. relatus, in cap. donare, & ibi gloſſ. 26. diſt. cum alijs ſupra citatu.*

30 † Permiſſum eſt tamen clericis laqueum, vel rete ſine ſtrepitu, & clamore, ac canibus, pro venatione ponere, quibus etiam licet pro capiendis piſcibus linum texere, *gl. ſſ. in diſt. cap. qui venatoribus, eadom diſtinct. cap. nunquam, ibi, texantur, & linea, de consecrat. diſtinct. 5. & quandoque non tamen clamora, ſed quieta neceſſitatis cauſa, vel recreationis eſt venatio permiſſa, gloſſ. in cap. 1. in var. Poluptate, de cler. venat.*

† In primitiva Eccleſia tempore Apoſtolorum omnia bona oblata Eccleſie vendebantur, & de eorum precio omnibus communem vitam ducentibus, & alijs pauperibus indigentibus ſubveniebatur, ſed poſtmodum Episcopi Apoſtolorum ſucceſſores, annuente Pontifice Maximo, videntes melius fore, ſi bona oblata conſervarentur matricibus † Eccleſiis, & ex eorum redditibus indigentibus ſubveniretur, quàm ſi venderentur, cum ex venditione precio conſumpto ſæpè neceſſarijs egerent, nec haberent, unde ſubveniri poſſent; ſtatutum fuit, ut bona non venderentur, ſed ad uſum prædictum matricibus Eccleſiis venderentur, ita ut Episcopi illos poſſent diſpenſare, *cap. videntes, 12. quaſt. 1. & Abb. in quaſt. 4. Titius clericus, num: 15. ibi, ſecundum præſuppoſitum; & nihil proprium habere poterant, cap. clericus, cum pluribus ſeqq. 12. quaſt. 1.*

† Etenim ex primæva inſtitutione rerum Eccleſiarum, habentes patrimonium non poterant quicquam percipere ab Eccleſia, quamvis illi deſervirent, quia, qui bonis parentum, & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium incurrunt, & committunt; & per abuſionem talium iudicium ſibi manducant, & bibunt, *cap. clericos, cap. Paſtor Eccleſia, 1. quaſt. 2. cap. dilectiſſimus, 12. quaſt. 1. cap. ſinal. in ſin. 10. quaſt. 1. & Abb. eadem quaſt. 4. numer. 12.*

Verùm, quia poſtmodum facultates Eccleſie creverunt, & fuit inſtitutum, ut, qui vellent Eccleſiis Cathedralibus deſervire, ex eorum bonis quatuor partes facerent, quarum una deberetur Episcopo